



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Morbus Corporis. Tit. 5

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

factum malum. can. dixit. & ibi Gloss. fin. 32. qu. 4. Vivian. in ratio-  
nali. Iuris Pontif. d. c. significavit.

Poterit etiam cum eo dispensari, qui cum rei illicitae operam dareret,  
volvus reportavit, puta amissit digiti partem in duello. c. i. eod. Quia  
amissio partis digiti est deformitas modica; Gloss. in c. fin. eod. nec ge-  
nerat scandalum. d. c. fin. Vivian. d. loc. ad c. i.

Quod si mutilatio membra sit ejusmodi, ut functionem impeditat.  
Sacerdotalem, tunc non admittitur dispensatio; veluti si pollex sit ab-  
scissus, qui ad frangendam sacram Eucharistiam est necessarius. d. c. fin.  
612. de Clerico agrot. vel debilit. vid. can. qui vero. 77. Apost.

## TITULUS V.

### De Morbis Corporis.

#### S U M M A R I A.

1. *Quis morbus corporis 3. An furor.*  
*impeditat promotionem 4. An mania.*
- ad Beneficia: *An Co. 5. Quid de hoc morbo cor-*  
*reptis statuerit Concilium Carthaginense IV.*
2. *An similis.*

**Q**ui gravi morbo laborant, ob quem obeundo sacro muneri  
minus sunt idonei, non censentur beneficiorum capaces,  
qualicunque prædicti sint eruditione, morum probitate, ali-  
isque animi dotibus. c. cum inter canonicos. 21. de elect. Quid  
enim si morbo comitali, quem Græci Θλαψιαν vocant, corripiantur?  
Certe cum subito concidant, eorum ex ore moveantur, ut inquit  
Celsus, cum membrorum ac nervorum distensione, spumæ, ad rem di-  
vinitam in Ecclesia faciendum non sunt judicandi utiles. can. communi-  
ter. can. usq. adeo. difl. 33.

Idemque de aliis hujusmodi morbis est statuendum. vid. Tract. 2  
[P] 3 no.

nos  
mis  
celesim

V.

118 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

nostrum de person. Eccles. tit. 17. lib. 2. de corp. vitiat. non ordin. num. 1.  
ta net si eum qui jam ordinatus promotusque est, non dejiciant. 11. lib.  
de Clerico ex grot. Duar. de benefic. lib. 4. cap. 4.

3 Furiolos, licet patientur dilucida intervalla, Beneficiorum etiam  
judico incapaces: Ne, ut scribit Balsamon, in can. 79. Apostol. Socce-  
dotium furoris tempore contumelia afficiatur.

4 Maniacos autem ac Fanaticos, qui à cacodæmone vexari ex-  
mantur, & ad hunc locum pertinere. cum Daureno dicto loco, iudico  
quamvis JCTus Ulpianus l. 1. §. apud Vivianum. 9. ff. de Medicis. Edit.  
eum morbum animi potius, quam corporis esse existimet. Nam ab  
à Sacerdotio repelluntur veteribus canonibus. can. s. quis demonem.  
Apostol. can. maritum. can. communiter. can. Clerici. can. usq. adeo. dicitur.

5 Solent appellari variis nominibus; Dicuntur enim Energumeni,  
quasi Lunatici, ut quidam interpretantur: De quibus Concilium Ca-  
thaginense IV. can. 90. cum seqq. sic statuit: Ut Exorcista Energumeni  
manus imponant, ut Energumeni pavimenta domorum Dei verrant.  
Energumenis affidentibus in domo Dei victimus quotidianus per Exorcistos  
oportuno tempore ministretur. can. omni die. 11. de consecrat. dict. 5. No-  
cantur & exsaspluſi, cuius vocis mentionem facit Arithophorus,  
quasi dicas Ventriloqui. Sic enim eos Latinè vocat D. Augustinus.  
2. de doctrina Christiana. cap. 19. relat. in can. illud quod est. 26. qu. 2. qd.  
Spiritum Pythonem habere dicuntur Aethor. 16. quod malus quidam  
nus (immotis nempe labiis) ipsorum in ventre inclusus loquitur.  
Duaren. d. loco. vide dict. Tract. nostrum tit. de qual. ordinand. a. c.

TITULUS VI.

De Bonis Moribus.

SUMMARIA.

1. In beneficiandis præci- 2. Ut in studiorum Mag-  
pue requiritur Morum stris de jure Civili.  
honestas. 3. Ratio.

Coryn  
De Pers  
er Benefic

G E  
3 X